Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

legem de sacrificiis praecipientem. continuo refugit
& non potest bibere. amarum quippe hoc sentit & asperum.
Si enim quae destruxit haec iterum aedificet. praeuari
catorem reconstituit. Ligno ergo amaritudine merrae
id est in ligno litterae legis posuit dns iustitias & testimonia.
Non ubi hoc uideatur dicere. quia uelut in uasculo quo
dam in legis litterae sapientiae & scientiae
thesauros condiderit dns. hoc ergo quod dicit & ibi
posuit eis dns iustitias & testimonia. hoc erat quod & apls
dicebat. habemus autem thesaurum hunc in uasis fictilibus.
ut sublimitas uirtutis esset & non ex nobis. Vt ergo possit
bibi aqua haec de merra. ostendit dns lignum quod mittat
in eam. utque biberit non moriatur non amaritudine sentiat.
Vnde constat quod si quis sine ligno uitae. id est sine mis
terio crucis sine fide xpi. sine intellegentia spiritali bibere
uoluerit de legis litterae. poenam amaritudinem nimicem
moriatur. Haec sciens apls paulus dicebat quia litterae
occidit. hoc est ape dicere quae aquae merre
occidit. si non mutatae biberit & in dulcedinem uersae;
Sed quid addit post quam posuit illi dns iustitias
& iudicia. & ibi inquit temptabat eum dicens; si audiens
audieris uocem dni dei tui & quae placita eius feceris
& audieris praecepta eius & custodieris omne
infirmitatem quam induxerem aegyptiis